

4305 epistylum constans partibus quinque, longum metr. 5.82, altum metr. 0.71, litteris altis m. 0.30. Herbusci fuit in quadam aedicula, nostra aetate in aedes publicas ad forum magnum illata CAPREOLUS c. a. 1500. Brixiae in foro (*al Monte Nuovo*) SOLATIUS et POSTERIORES. Ibidem adhuc.

a. u. c. 710 C·IV|LIVS·C|AESAR·I|PONTIF

Contuli. Habent Capreolus f. 7' (inde Alciatus n. 64 et Mediceus in add. n. 305); Solatiani Traiectinus 10 et Mediceus n. 24; Nazari p. 39 (inde Grut. 1022, 2); Arragonensis ms. n. 9 = 187, ed. n. 46; Soncinus ms.; Vinacesi in add. p. 240 (inde Mur. 219, 2); Bianchini ms. Veron.; Gnocchi ms. p. 41; Ioli cat. mus. f. 1; Labus *tribù e dec.* p. 40 et *marmi Bresc.* p. 142 n. 172; Seletti *risposta* 1826 p. 23; Odorici *stor. Bresc.* 1 (1853), 221.

Post PONTIF neque punctum adest neque lapis fractus est, sed vacua manet portio eius non exigua, ut hoc certe versu MAX numquam scriptum fuisse constet; nec probabile est deesse versum alterum. PONTIFEX·MAX Capr., PONTIF·MAX Gnocchi ex interpolatione. — Equidem crediderim titulum pertinere non ad patrem dictatorem, sed ad filium postea Augustum, ut incisus sit a. 710 statim post adoptionem ex testamento dictatoris perfectam, antequam Caesar rem publicam capesseret pro praetore ex senatus consulto facto a. 711 Ian. 2. Pontifex enim creatus est a. 706 post pugnam Pharsalicam.

4306 litteris optimis et maximis aetatis Augustae. Pievedizii rep.; ab a. inde 1828 Brixiae in museo.

c. caes | R
diu | I·F
pontif. | COS·IMP cos. a. u. c. 711

Contuli. Ioli cat. mus. f. 68; Labus p. 150 n. 175.

2 prima littera non M est, sed I.

Labus vel potius Borghesius rettulit ad Germanicum; sed obstat, quod avi nomen ita aut afuit aut minus commode inserendum est versui 3. Mihi recte convenire videtur in Caesarem eum, qui postea Augustus dictus est, scilicet post susceptum consulatum m. Aug. a. 711, antequam praenomen imperatoris adscisceret (cf. quae dixi ad mon. Ancy. p. 18).

vidisse. A prioribus Labus *giornale dell inst. Lomb.* 15 (1846) p. 5 et *marmi Bresc.* p. 148 n. 174.

2 Ferr., 1 Arr. Med. m. 2 Sonc. pro TI·F, om. reliqui. — 3 om. Med. m. 1, — ET Vinacc. ex corr. opinor, LL Vion, II Ferr. Nass. Tott. Sonc., qui haec inter duo puncta ponit, om Med. Arr. Gnocchi lacuna nulla notata. — TRVMP·LINI (I inter R et V expuncta) Arr. m. 1, IRVMP·LINI Ferr. Totti 2 Vion. Sonc., id est boni auctores omnes, IRVMP·LINI Totti 1, TRIVMP·LINI Arr. m. 2 Med. 2, TRIVMP·LINI Vinacc. Gnocchi. — 3 Labus supplet CAMVNNI probabiliter; sed potest item cogitari de Sabinis, id est vicinae vallis Sabbiae incolis.

4311 extra Nave (Val sabbia) in ecclesia S. Caesarii extrinsecus olim; deinde Brixiae apud Lechium, nunc in museo.

liviae drusi caesaris matri | I·ET·GE | rmanici ca | ESARVM·F

Contuli. Prius fragmentum habent Ioli cat. mus. f. 35. 73 et Labus p. 161 n. 178, alterum Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 134; Mediceus n. 125; Arragonensis ms. n. 233 = 68, ed. n. 47; Vinacesi p. 239; Gnocchi ms. p. 69; Brognoli misc.; Ioli l. c.; Labus l. c.

Coniunxit Labus, intellegens de filiis Tiberii Druso et Germanico non recte; nam Germanicus in documentis recte scriptis locum tenet ante Drusum teneatque necesse est utpote natu maior. Mihi creduntur gemelli Druso nati a. p. Chr. 19 Tiberius et Germanicus (C. I. Gr. 2640, Eckhel 6, 204). Extrema littera omnino est H fracta.

4307 Brixiae ad eccl. cath. novam rep. 1 Apr. [4 Apr. AVER., 25 Apr. BIANCHI] 1676 VINACC. AVER. BIANCHI, una cum pluribus quadratis lapidibus columnisque, sepultis quidem, sed adhuc stantibus loco antiquo ANON. LABUSII. *Incastrata nel fianco settentrionale della nuova Basilica del Duomo* GNOCCHI ALIQUAE. Nunc in museo. Exemplum falsum repperi Legnari in museo Nanio.

DIVVS · AVGVSTVS
TI · CAESAR · DIVI
AVGVSTI · F · DIVI · N
AVGVSTVS
5 AQVAS · IN · COLONIAM
PERDVXERVN

Contuli. Habent Vinacesi p. 242 (inde Mur. 441, 4); Averoldo misc. vol. 16 f. 51, ed. p. 3; Fabrett. 753, 598 auctore non indicato; Orsato *marmi erud.* 1719 p. 208; Scarella apud Sambucam Cenom. p. 103 (cf. Gagliardi Cenom. p. 83); Maffei *antica cond. di Verona* p. 54 = Sambuca Cenom. p. 36, Ver. p. 103 inser. n. 27; Gnocchi ms. p. 4 (inde Donat. 210, 7); Seletti *pietra Bresc.* p. 4; Ioli cat. mus. f. 13; Labus apud Odoricium *Bresc. Rom.* 1851 p. 48 sq. et *marmi Bresc.* p. 145 n. 173, citans Bianchi diarium ms. et notam Anonymi ms. ad Rossii mem. Brix.

4309 litteris magnis. Nave (Val Sabbio) in ecclesia S. Caesarii FERRARINUS similiterque RELIQUI ANTIQUITORES, etiam GNOCCHI. Deinde Brixiae apud Lechium; nunc in museo IOLI.

ti. claudio | · DRVSI | f. caesari aug. germanico
pontifici ma | XIM · TRIB | n. potest

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. 133, Mediceus n. 125, Arragonensis ms. n. 234 = 117, Vinacesi in add. p. 238. Denuo ex archetypo Gnocchi ms. p. 69; Brognoli misc. 6; Ioli cat. mus. f. 35; Labus p. 164 n. 180 qui supplevit.

4310 Brixiae in maiore ecclesia FERR.; in ecclesia cathedrali in muro sacristiae veteris MED.; *nel loco del muro qual e de doman parte al usso dove se ussisse fora del volto dove se passa tra la capella de ora et fiana et la sacrestia andando a monte parte, alto da terra circa braza tre* NASSINO; *sul claustro del duomo, cio è tra una chiesa e l'altra* SONCINO; similiter RELIQUI.

nero | NI · CLAVDIO
I·f·DRVSO
NI·ET·TRVMP·LINI

Saepe descripta. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 111; Mediceus n. 45; Tottianus p. 14 n. 37; Nassino ms. f. 207'; Arragonensis ms. n. 49 = 341 (inde Rossi p. 122; ex Rossio Mur. 1089, 3); Grut. 1139, 5 a Viono; Soncino ms. f. 15'; Vinacesi in add. p. 313; Gnocchi ms. p. 68 qui videtur

4308 'tam eleganti litterarum caractere hoc epigramma scriptum est, ut divino potius quam humano opere litterae ipsae intercisae videantur' SOLATIUS apud Labusium iisdemque fere verbis FELIC. 'Super platea magna et prius in fundo turris Pagonorae repertum est' SOLATIUS l. c. et LILIUS. Vide quae supra p. 427 attulimus. Brixiae in foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQVI. Ibidem adhuc.

GERMANICO

CAESARI

TI·F·AVG·N·PONTIF·Q

COS·II p. C. 18

5 D D

Contuli v. 1. 2; nam reliqui hodie latent. Habent Iucundus f. 217 n. 29; Lilius f. 50'; Felicianus Brix. B n. 30; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 2 et Verderiano p. 18, 1; Alciatus n. 34 (inde Choler. f. 49'; Apianus p. 65, 4; Smetius 154, 1 ex Ap.; Grut. 236, 2 ex Apiano); Traiectinus n. 2; Nassino ms. p. 11; Mediceus n. 4; Arragonensis ms. n. 8 = 185; Rossi p. 121; Soncino ms. f. 5; Gagliardi Cenom. p. 96 = Sambuca Cenom. p. 109; Gnocchi ms. p. 39; Labus p. 153 n. 176. Interpolavit Rossi p. 125 (inde Mur. 1034, 6; Gnocchi ms. p. 40), ubi datur in aere incisa.

3 PONTIF Ferr. Nassino Soncino, PONTI Fel. Lil. Iuc. Trai. Arr. alique. — Rossius sic finit: COS·OPTIMO·NVMINI·BRIXIA·ROMANA·D·D.

Avus non dictus divus et imperatoris honor omissus male conveniunt anno p. Chr. 18; etiam magis molestus et pontificatus, quo certum est Germanicum caruisse (cf. Orell. n. 660 cet.) Cf. I. N. 2607.